

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano magno Imperatore anno octavo decimo sed et basilio magno imperatore eius filio anno tertio die quarta mensis aprilis indictione sexta neapoli: Certum est me iohannem monachum filium quondam domini gregorii et quondam domina maria honesta femina iugalium personam: A presenti die promptissima voluntate. pro domini amore et salbationis anime meae: offero et trado vobis domino sergio venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridarium. et per vos et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio: IDEst integrum omnem licerem et pertinentia mea de omnes terras cultas et non cultas quantas et quales habeo in loco qui nominatur circanum territorio cimmitirensis: Una cum montis et collis et scapulis et cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum vias et introitas earum et omnibus eis generaliter et in integro pertinentibus pertinente mihi a quondam memorata genitrice mea: Iterum offero et trado vobis et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio a die presentis idest integras sexuncias meas quod est medietatem de integrum fundum et de omnes terras cultas et non cultas et de silvis et de gisternis positis. in loco qui nominatur maranum insimul cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas earum et omnibus eis pertinentibus pertinente mihi a quondam memorata genitrice mea. que vero memoratas integras sexuncias meas quod est medietatem de nostrum integrum fundum et de omnes terras cultas et non

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno decimo ottavo di impero del signore nostro Romano grande imperatore ma anche nell'anno terzo di Basilio grande imperatore, suo figlio, nel giorno quarto del mese di aprile, sesta indizione, **neapoli**. Certo è che io monaco Giovanni, figlio del fu domino Gregorio e della fu domina Maria onesta donna, coniugi, dal giorno presente con prontissima volontà per amore del Signore e per la salvezza dell'anima mia offero e consegno a voi domino Sergio, venerabile egumeno del monastero dei santi Sergio e Baccho che ora è congregato nel monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **viridarium**, e tramite voi al predetto vostro santo e venerabile monastero, vale a dire per intero ogni mia licenza e pertinenza di tutte le terre coltivate e non coltivate quante e quali ho nel luogo chiamato **circanum** in territorio **cimmitirensis**, con i monti e i colli e le creste di collina e con gli alberi fruttiferi o infruttiferi e con le vie e i loro ingressi e tutte le cose ad essi in generale e per intero pertinenti, appartenente a me dalla fu menzionata genitrice mia. Parimenti dal giorno presente offero e consegno a voi ed al predetto vostro santo e venerabile monastero vale a dire per intero le mie sei once cioè la metà dell'intero fondo e di tutte le terre coltivate e non coltivate e dei boschi e delle cisterne site nel luogo chiamato **maranum** con gli alberi fruttiferi o infruttiferi e con i loro ingressi e tutte le cose ad essi pertinenti, appartenente a me dalla fu menzionata genitrice mia, le quali menzionate integre mie sei once, cioè la metà del nostro intero fondo e di tutte le terre coltivate e non coltivate e dei boschi e delle cisterne del predetto luogo **maranum**, invero sono

cultas et de silbis et de gisternis de memorato loco maranum indivisum reiacent cum reliquis alias similis sexuncias. quod est iterum medietatem quidem eupraxia que super nomen gemma germana coniux quidem domini gregorii cognati mei: De qua nihil mihi ex omnibus memoratis aliquod remansit nec in aliena persona: commisi potestate: Ita ut a nunc et deinceps memoratum integrum omnem licerem et pertinentia mea de memoratas omnes terras cultas et non cultas quantas et quales habeo in memorato loco circanum territorio cimmitirensis: una cum montis et collis et scapulis et cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum bias et introitas earum et omnibus eis generaliter et in integro pertinentibus pertinente mihi a quondam memorata genitrice mea. quamque et memoratas integras sexuncias meas quod est medietatem de memoratum integrum fundum. et de omnes terras cultas et non cultas et de silvis et de gisternis positis in memorato loco maranum: Una cum arboribus fructiferis vel infructiferis simul cum introitas earum et omnibus eis pertinentibus pertinente mihi a quondam memorata genitrice mea: set ut superius dixi memoratas integras sexuncias quod est medietatem de memoratum integrum fundum. et de omnes terras cultas et non cultas et de silbis et gisternis de memorato loco maranum indivisas reiacet cum reliquis alias sexuncias quod est medietatem memorata eupraxia qui supra nomen gemma germana mea: De qua nihil mihi exinde remansit set in integro sicut superius legitur a me vobis et in memorato sancto vestro monasterio sit offertum et traditum in vestra posterisque vestris sanctoque vestro monasterio sit potestate quidquid exinde facere volueritis: liveram semper habeatis potestatem: et neque a me memorato iohanne monacho neque a

indivise con le rimanenti altre simili sei once che sono invero parimenti la metà di Euprassia soprannominata Gemma, sorella *mia*, coniuge invero di domino Gregorio cognato mio. Di cui a me di tutte le cose menzionate nulla rimase né affidai in potere di altra persona, di modo che da ora e d'ora innanzi la predetta integra ogni mia licenza e pertinenza di tutte le anzidette terre coltivate e non coltivate quante e quali ho nel suddetto luogo **circanum** in territorio **cimmitirensis**, con i monti e i colli e le creste di collina e con gli alberi fruttiferi o infruttiferi e con le vie e i loro ingressi e tutte le cose ad essi in generale e per intero pertinenti, appartenente a me dalla fu anzidetta mia genitrice nonché le predette integre sei once mie cioè la metà del predetto integro fondo e di tutte le terre coltivate e non coltivate e dei boschi e delle cisterne siti nell'anzidetto luogo **maranum**, con gli alberi fruttiferi o infruttiferi insieme con i loro ingressi e tutte le cose ad essi pertinenti, appartenente a me dalla fu menzionata mia genitrice, ma come sopra ho detto le anzidette integre sei once cioè la metà dell'anzidetto integro fondo e di tutte le terre coltivate e non coltivate e dei boschi e delle cisterne del suddetto luogo **maranum** giacciono indivise con le rimanenti sei once cioè la metà della menzionata Euprassia soprannominata Gemma, sorella mia, di cui dunque niente a me rimase ma per intero come sopra si legge da me a voi e al predetto vostro santo monastero sia offerto e consegnato e in voi e nei vostri posteri e nel vostro santo monastero sia dunque la facoltà di farne quel che vorrete e sempre ne abbiate libera facoltà e né da me anzidetto Giovanni monaco né dai miei eredi né da persone a noi subordinate in nessun tempo mai voi predetto domino Sergio venerabile egumeno o i vostri posteri o il suddetto vostro santo e venerabile monastero, che non accada, abbiate

meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos memorato domino sergio venerabili igumeno aut posteris vestris vel memoratus sanctus et venerabilis vester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestiam a nunc et in perpetuis temporibus: pro eo quod in presenti accepi a vobis pro memoratas sexuncias meas quod est medietatem de integrum fundum. et de terras et de silbis et de gisternis de memorato loco maranum oc est auri solidos nobem bytiantheos in cantum: Ut inter nobis convenit: verumtamen stetit et promitto vobis propter quod vos mihi in memorato vestro monasterio recepistis inter memorata congregationis vestra monachorum et me monachum fecistis: et me nutrire et bestire seu calciare sicuti ceteris monachi cenobiati de memorato sancto vestro monasterio: Ideoque et ego promitto vobis ut omnibus diebus vite mee in memorato sancto vestro monasterio esse promitto et dies meis ibidem finire promitto et omnem vestrum imperium seu iussione vestra facere promitto ut sancta regula docet beati basilii et non habeat licentiam ego de memorato sancto vestro monasterio sine vestra iussione exire per nullum modum et si ego sine vestra iussione de memorato sancto vestro exiero. et in quobis loco iero tunc liceat vos misso vestro dirigere et me requirere et adpreendere et in memorato sancto vestro monasterio me rebocare et me disciplinare ut ipsa sancta regula docet: Si autem aliter fecero ego et heredes mei vobis posterisque vestris. de is omnibus memoratis ut super legitur per quolibet modum aut summissis personis: tunc componimus vobis posterisque vestris et in memorato sancto vestro monasterio auri libras duas bythiantes et hec chartula offertionis promissioni ut super

dunque mai qualsiasi richiesta o molestia da ora e per sempre, per quello che in presente ho accettato da voi per le anzidette sei once mie che sono la metà dell'integro fondo e delle terre e dei boschi e delle cisterne del predetto luogo **maranum**, cioè nove solidi aurei di Bisanzio in moneta, come fu tra noi convenuto. Inoltre fu tra noi stabilito e prometto a voi poiché voi mi avete accettato nel predetto vostro monastero tra l'anzidetta vostra congregazione di monaci e mi avete fatto monaco e mi *dovete* nutrire e vestire e calzare come gli altri monaci cenobiati dell'anzidetto vostro santo monastero, pertanto anche io prometto a voi per tutti i giorni della mia vita di essere nell'anzidetto vostro santo monastero e prometto di finire ivi i miei giorni e prometto di eseguire ogni vostro comando e ordine come insegna la santa regola del beato Basilio e non abbia io licenza di uscire dal predetto vostro santo monastero senza vostro ordine in nessun modo. E se io senza vostro comando uscirò dal predetto vostro santo *monastero* e andrò in qualsivoglia luogo, allora sia lecito che voi inviate un vostro incaricato a cercarmi e prendermi e riportarmi nel predetto vostro santo monastero e punirmi come insegna la stessa santa regola. Se poi io ed i miei eredi diversamente facessimo per voi ed i vostri posteri di tutte queste cose anzidette, come sopra si legge, in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri posteri ed al predetto vostro santo monastero due libbra auree di Bisanzio e questo atto di offerta e di promessa, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano del curiale Sergio per la predetta indizione. ✠

Questo è il segno ✠ della mano del predetto monaco Giovanni che io anzidetto, richiesto da lui, per lui sottoscrissi. ✠

legitur sit firma scripta per manus sergii curialis per memorata indictione ✕

hoc signum ✕ manus memorati iohannis monachi quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi ✕

✕ ego aligernus filius domini leoni rogatus a suprascripto iohanne monacho testi subscripsi ✕

✕ ΕΓΩ ΘΕΟΔΩΡΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΗ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α CCTO IOANNE MON TECTI COYB ✕

✕ ego iohannes filius domini cesarii rogatus a suprascripto iohanne monacho testi subscripsi ✕

✕ Ego sergius Curialis Complevi et absolvi die et indictione memorata sexta ✕

✕ Io Aligerno, figlio di domino Leone, pregato dal soprascritto Giovanni monaco, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Teodoro, figlio di domino Gregorio, pregato dal soprascritto Giovanni monaco, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Giovanni, figlio di domino Cesario, pregato dal soprascritto Giovanni monaco, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io curiale Sergio completai e perfezionai nell'anzidetto giorno e nell'anzidetta sesta indizione. ✕